habere corporea quēadmodū nos: Nec sic dicit̄ implere mūdū
velut aqua. velut aer. velut ipsa lux. vt minore sui parte mino
rē mūdi impleat partē. et maiore maior. Nō uitybiq; totē: et
nullo cōtiēri loco. Nō uit veire nō recedēdovbi erat. Nō uit abire
nō deserēdo q̄venerat vt ait aug⁹. VEL JAU. Si nō est a deo lex
sarracenica: quō tot ac tātas populoꝝ turmas ad se. totq; hoīm
legiones traxit? A&JMA. Vis scire breuiter. Licetia vicioꝝ
creuit lex sarracenorū. vt ait pius pontifex nuper maximus
Vis scire ylterius quomodo ad predicationē machometi et sui
instructoris sergij: tā breuiter et tā facile sarraceni a cristiana
religione sunt auersi. Reuoluantur cronice veteres. leg antnr
ānales historie: et quod dictura sum verū certe atq; idubitatū
reperies. Paulo anteaḡ machometus nasceretur. arabia et siria
longis āte a seculis cristianis initiate sacris ab ea fide nemine
cogēte: sed sola sua prauitate ac perfidia recessere. Sed assūpt⁹
ad imperiū heraclius princeps cristianissim⁹ armis et brachio
forti apostatas huiuscemodi. veritatem quam pri⁹ suscepserant
et quam postea abnegarant denuo resumere. cosdroe rege eorū
interfecto compulit. At heraclio cesare sublato e medio. vel vt
alij dicunt senio confrado: callidus surrexit machometus. Qui

ut diues ex paupere. ut princeps ex vili mancipio. ut imperator ex mercatore fieret: ridiculam certe et scurrilem legem. partim ex vetere partim ex novo testamento. partim vero ex fabulis et anilibus nugis confinxit. Laxauit habenas veneri hoc primum. quodq; hominibus illius terre placidum esse non uit: pro lege celitus ei reuelata instituit. se prophetam magnū et dei nuncium fingens. Hoc itaq; modo rudis ille atq; indiscretus populus qui paulo antea ut iam dixi absq; prophe ta et dei nuncio leuiter sese auerterat: tunc multo quidem leui ad vocem machometi se et prophetam magnum. et dei nuncium. et nisi in virtute gladii missum. et xl. virorum fortium gentiales se habere vires mentientis: auersus est. Nec magnis ad hanc rem persuasionibus. seu artificiosa elocutione opus erat: quandoquidem iam animi eorum persuasi. et cristiani inuiti facti erant. Una igitur infecta regio infecit aliam. et ista illam. et illa deinceps ex finitimiis regionibus multas. Instar ardentis parietis totam sepe viciniam concremantis. aut veneni mortiferi contacta ab eo omnia sedulo inficientis. **V**E**L** J**A**L. Sed extensior multo est sarracenorum q̄p tua secta. hinc plurimorum iudicio dignior multo atq; excellentior reputatur. **A**M**M**A. Sed homines teste aristotile ut in pluribus sunt mali. ut in paucioribus vero boni. **D**is aliud. **S**apiens in ecclesiaste capitulo. i. Peruersi difficile corriguntur. et stultorum infinitus est numer⁹. **G**regorius vero dicit. Ad fidem plures veniūt: s_z ad celeste regnū pauci cōducunt. Ple ricq; enim dñm vocib⁹ sequuntur: sed moribus fugiunt. **E**t virgilius. Pauci quos equus amauit iupiter. O miser peccator ingrata tibi omnia: tibi vero o belial et tuo infernali regno valde grata annuncio. **V**E**L** J**A**L. Sed dicet forte aliquis. Nō credo p̄dicas testib⁹. q_z forsan ut hoīes locuti sunt. **A**M**M**A Increati salte veritati credit i suo nobis euangelio sic dicenti

Multi vocati pauci vero electi. math. xx. Et iterum. Intrate
per angustum portam. quia lata porta et speciosa est via que
ducit ad perditionem. et multi sunt qui intrant per eam. math.
vii. O miser peccator. quoniam mala in te tibi noua annuncio. Tu certe
malles quod dicere ones saluandos: ego non possum. quia veritas
contradicit michi. Igitur o belial si lex saracenica eo censenda
est melior quia extensio: consequens est malos bonis. et stultos
sapientibus fore meliores. HELJAL. Multi in te saraceni: sed
christiani in respectu eorum sunt pauci. Ergo saraceni potiores
ergo et meliores. AUJMIA. Quid multitudinem naras: Mul
titudo ut ait cicero non vincit: sed paucitas bene ordinata. Cui
dicto applaudit quod de leonida thebano alexandride filio tradidit
Nam cum eidem egressuro ad bellum. suorum aliquis dixisset. O
leonida aduersus multos cum paucis dimicaturus sic adest: Si
me iquit multitudini fidem habere existimatis. nec ois grecia
satis est: sin autem virtutibz. vel hic numerus satis est. HELJ
AL. Legem in te machometi tota fere asia. totaqz affrica. et pars
europe magna tenet. Ea igitur secta multo extensio: et multo
populosior exstat quam aut tua aut hebreia aut quevis alia secta.
AUJMIA. Non quod veri aliquid assert: sed quia multos popu
lares ut dixi nomine voluptatis inuitat. Nemo enim non in
vicia promptus est ut ait lactantius. HELJAL. Non est macho
metica lex que disputacioni subiaceat. In arabia ortum habuit
que paruo principio quantum creuerit vides. Egiptus huic legi
additum est. et syria. et mesopotamia. et libia. et numidia. et mau
ritania. et pars magna hispanie. et diues asia. et docta grecia
cum forti tracia. et nobili macedonia. Sunt et aliae quam plurime
regiones sub imperio dictae legis que armis non verbis ut tua
quesite sunt. AUJMIA. Si armis: ergo violencia. Non stravero
neque armis neque verbis: sed operibus miris ut iam dixi quesita
est. Dixi etiam supra o belial cur ipsa lex arabica in tam creuerit

Plebis voluptas allexit. **VELI AL.** Si non esset lex arabica
vera non dedissent superi successus eius imperio tantos. Amat
eos deus. et legis odorem sentiens congratulatur et sternit iter
victoris suis. **APOSTOLI.** Non quod amat eos deus victorias in
nos plurimas habent: sed quia forte nos propter vicia nostra
plurima non amat. Multoq; ipse suo more temporaliter malos
punire per peiores. quos tandem. ut pater correctricem filij
virgam. in ignem eternum proiciet. **VELI AL.** Victorias in
q; plurimas sarraceni habuere in nos. Ergo meliores vobis
ipsi sunt: aut saltem feliciores. **APOSTOLI.** Fuerunt enim ali
quando vidi. Parva cristianorum manus suas ingentes copi
as apud confluentes sanum et danubium paucis ante annis
deleuit. Sed non his argumentationibus stat nostra fides. Vici.
fudi hostes. imperium teneo. Si sic licet arguere. vera fuit ab
alexandro toti victoriis illustrata et sub eis successoribus reli
gio qui regnauere imperio armis quesito. Vera etiam romani
norum fides usq; ad priorem constantinum qui orbem sibi fer
ro subiugarunt. et omnes domuere quas adire gentes. Sci
mus tamen et alexandrum et eius heredes. et romanos. et qui
sub eis erant. iudeis exceptis ydola coluisse. Ergo et deos eo
rum recipiemus. et veram eorum religionem fatebimur. quia
vicerunt. Ibsit ut propter victoriam meliorem esse credamus
religionem victorum. Sic enim fatendum esset omnes qui to
tiens vicerunt hebreos melius de eo sensisse q; ipsi vici. Qd
neq; tu dices neq; tuus quem sustines machometus. qui de
fensionem sue tradicionis totam in armis collocat. et omne ge
nus ratiocinationis effugit. O pessimum signum et maximum
iniquitatis iudicium. Lex ista ymmo perfidia ista atq; insa
nia falsa ab armis incepit. armisq; tuetur et gladio. Non sic
humilis et vera christi religio. Incepit enim a paupertate et
ab humilitate. concomitante virtute miraculorum non gladij.

Cuius se i gratia. ut est apud iohānē caplō. x. cum indei cristi rapere in regem vellent: fugit ab eis. duo nobis salubria documenta relinquēs. vnum fugiēdos honores ac dignitates; aliud appeteudos labores ac tribulationes huius seculi. Fugit enim spreuītqz regale sceptrum quesitus in regem: quesitus autē ad passionem nō fugit. pmmo se querentibus vltro obtulit. et pro ipsis in cruce pendens misericorditer exorauit.

De vera et falsa religione. probatio q̄ dē est. et q̄ vn̄ et non plures. et quō quered̄ seu iuestigād̄ ē dē. D̄ylog⁹ quintus.

BELLAL.

Quam ergo ipsam quā defendis cristianā religionē ceteris omnibus quasi nulle essent preponendam ut video arbitraris o aniā. religione tamē gloriāt̄ sua ut aiunt vera. tum hebrei. tum arabes. tū reliq̄ totius orbis innumera gentiū turba. **AII2M2A.** Religio optiā ac perfecta vna est super cristi nomen superqz petram firmissimam fundata. Relique omnes supersticiones vane. et deuia. et errores sunt. quibus iter paratur ad inferos atqz ad mortē. Et quot putas quantiqz viri huius vere religionis inopiam miserabilem passi sunt. cunctis in rebus alijs altiores: Habent illi quod eternum gemant: habes tu christiane vnde glorieris et gaudeas. nō in te quidem. sed in eo qui te summa in re tāto maiorib⁹ preferre dignat⁹ est quo nil maius tibi vel melius tribui poterat i hac vita. De quo loqui aliquid vltius nō grauarer nisi res ipsa celesti lumine plena fere iam omnibus nota esset **BELLAL.** P̄ijs sacris iniciantur et alijs in religione sua. sicut et tui iiciantur in tua. **AII3M2A.** Dia sacra huius religionis sunt tantūmodo: reliquarum omnium sunt furores. ritusqz sacri legi. Nec tamē iiciatum esse sufficit. Maius est forte p̄ putas huiusmodi negocium. Non enim deum nosse satis ē. quod et

tu et reliqui demones faciunt qui oderunt. Amor et cultus
exigitur his ex rebus constans que utinā tam bene imple-
rentur ab hominibus q̄ sciuntur. Custodi autem bene hanc
quisquis habes religionē ab erroribus a negligentia a pec-
catis. et bene profecto atq; optime tibi erit. Affirmat enim
trimegistus hermes vt ait lactantius eos qui cognoverunt
deum atq; honorarunt non tantū ab incursibus demonū tutes
esse: verum etiā ne fato quidem teneri. Pna inquit custodia
pietas. Etenim pius homo neq; demoni pessimo. neq; fato
subiacet. Deus namq; liberat pium ab omni malo. Nempe
vnīcū atq; solum bonum est hominibus pietas. Quid vero
sit pietas alio in loco ostendit his verbis. Pietas enī scien-
tia dei est. Eandemq; sententiam asclepiū in sermone qucdā
latius explicasse cōfirmat. Vides vt cōstātissime duo pagani
nōstrā circūvolant veritatē. Tanta est veri vis ut linguas
sepe hostium ad se trahat. hec lactantius. VEL JAL. Quid
vero q; ipsa arabū lex siue religio vnissimū vt dixi supra et
absq; socio:tua vero vnitrinū deū coli atq; adorari imperat:
ANTRIA. Et nos quoq; vnissimū vt sic loquar ymmo et
simplicissimū fatemur deū. nec ullū prorsus deo sociū qui vñ
ac solus de⁹. vñus ac solus dominus. vñus ac solus altissim⁹
est:tribuimus. In deo namq; est indiuisibilis vñitas. et ia-
sociabilis pluralitas vt ait ancelmus. Et licet nos cristiani
quibus auctore iheronimo nichil felicius psonalē in diuinis
trinitatem ponamus: non tamen adeo bebetes sum⁹ vt igno-
remus in deo veram esse vnitatem propter eius simplicitatē
imutabilitatem. singularitatem. et propter vnitatis creare
similitudinem. Nam sicut vñitas a nullo descendit numero.
sed omnis pluralitas ab eo defluit: sic deus a nullo. et omnia
ab ipso tanq; a primordiali diriuantur exordio. Memimus
etiam ejus q; sapienter ait per allegatus hermes trimegist⁹

veterū phōrum doctissimus. In supercelesti est vñitas. i celesti
alteritas. in subcelesti pluralitas. Is vero trimegistus hermes
vt ait lactantius scripsit libros equidem multos ad cognitionē
rezum diuiārū pertinentes. in qb9 maiestatē sumi ac singlāris
dei asseruit. Quē his deniqz nomibus appellat quibus nos dēū
ac patrem. At ne quis nomen eius proprium requirat: anomio
esse dicit. eo q̄ nominis proprietate nō egeat ob ipsam scilic̄
vñitate. Ipsiis hec verba sunt. Deus autē vñus. vñus autē
nomine non eget. est enim qui sine nomine est. d̄o ergo nomen
non est. quia solus est. Nec enim opus est q̄oprio vocabulo:
nisi cum discrimē exigit multitudo. vt vñāquamqz personā sua
nota et appellacione designes. Deo autē quia semper vñus est
proprium nomen est deus. hec trimegistus. Deus insuper ait
lactancius qui est eterna mens ex omni vtiqz parte perfecte
cōsummatoqz virtutis est. Qd si verū: vñ sit necē est. Potestas
enim aut virtus absoluta retinet suam propriam firmitatē. hec
lactancius. Cui rōcinationi similis est ista que sequitur. Deo est
excellentissimus. sed teste phō quod per excellentiam dicit vñi
soli cōuenit. Igit̄ deo vñus et solus est et nō plures. Memim
insuper eius qd sapienter super illud gen. iij. Eritis sicut d̄j. a
petro damiani scriptū est. Ecce frater si vis dyaboli grāmaticā
discere: disce deum pluraliter declinare. Artifex enim doctor dū
artem inobedientie nouiter condit: ad colendos etiā plurimos
deos in auditam mundo declinationis regulā itroducit. **BEL**
2L. Hmoi verba olim nostra. eritis sicut d̄j. non modo nostra
sed eximij prophāz dauid. sed et ipsi⁹ dei verba sunt. Ego dixi
inquit prophā d̄j estis. Et in exodo ait ipse dominus. D̄js
non detrahes. Quomodo igitur heccine verba falsavel icōgrua
erunt. que tū a prophā. tum ob ipso viuente deo sunt prolata?
ANJMA. Hoc nomen deus in sensu triplici a sacre page
doctorib⁹ coiter accipitur. vere scilic̄. participatiue. et abusiuue

De primo habetur de utro. vi. Audi isabel. Deus tuus vñ est
De secundo scribit in psalmo. lxx. Ego dixi dñ estis. De tertio
similiter in psalmo. xc. Omnes dñ gentium de monia sunt. Qd
itaq; habetur in exodo. Dñs non detrahes. et quod in psalmo
Ego dixi dñ estis. dñ id est diuini participatione quadam in-
telligentū est. Quēadmodū et oēs intelligentie dñ appellant.
dicente platone. O dñ deorū quoꝝ opifex paterq; ego natura
quidem mutabiles estis: sed mea voluntate sic permanetis. dñ
inꝝ participatiue solum et non per essentiam. quodquidem im-
possibile ē. quia summū bonū plurificari non potest. VEL 3 AL
Sic etiam intelligebam cum dixi. Eritis sicut dñ. ANIMA.
Nequaꝝ. Jam enim quia iussi erant prothoplausti: dñ vtq;
erant intelligendo vt nuper exposui. nichil ergo si sic intelli-
gebas eis tibi obedientibus accreuiisset. VEL 3 AL. Plures
opinanti deos nccio deum vnum esse acute satis atq; apposite
demonstrasti o anima. Omnino autem deum esse neganti quid
responderes. ANIMA. Quod princeps phōꝝ aristoteles per-
pulchre ait in sua monastica. Non oportet omne probleuma
nec omnē propōnem considerare: sed quā dubitat aliquis indi-
gentiū rationis. et nō pene vel sensus. Nam qui dubitat vtrū
oporteat dē vereri. et parentes honorare vel nō: pene indiget
qui vero vtrum nix alba vel non: sensus. Error quidem iste
dubitare deum esse nōmodo insipientia est. sed insania falla.
sed perfidissima dementia. Ut nāq; propheta in psalmo. xij.
Dixit insipientis in corde suo non est deus. Sup quo verbo ait
augustin⁹. Nec ipsi sacrilegi et detestādi quidā phī qui puersa
et falsa de deo sentiunt ausi sunt dicere. non est deus. Ideo ergo
dixit in corde suo. quia nemo hoc audet dicere: etiam si auſus
fuerit cogitare. hec aug⁹. Et ambro⁹. Nemo inq̄t prudens qui
dē nescit. Deniq; insipientis dixit quia nō est dē. nā sapiens nō
dicerit. h ille. Que vero maior̄ insanias. q; furia intollerabilior

Q̄ dicere illud non esse quod est causa omnibus vt sint. Cum
insano vero nemo solet phāri ad sui destructionem erroris. Ut
ait idem aristotiles. Magna profecto temeritas magnaq; et
bestialis obtusitas atq; inscitia est dubitare de fonte ex quo
apparet fluuius continue perseverans. Fonti namq; i&deficienti
attestatur fluuij continuitas. et certum indicium creatoris est
continuus fluxus creaturarum. Augustinus quoq; ait. O phi-
losophe totum considerasti rerum ordinem: et non vis attēdere
q; mundus opus dei sit. Pdolum est opus fabri. si faber pdolo
sicut dedit figuram daret et cor: ab ipso pdolo faber adoraret
Quod sequitur ait ambrosius. Sicut ex motibus et admistra-
tione corporis animā quam non vides intelligis. sic admistra-
tione totius mundi et regimine omniū creatorē phī intellexrūt
Et gregorius qđ longe supra allegatum est. Deus suo pñtiali
esse dat omnibus rebus esse. ita q; si se rebus vel ad momentum
subtraheret. sicut de nichilo facta sunt: sic in nichilum defluerēt
vniversa. Cōcordat quod pulchre a quodam phō sentitum est
qui ait. Deus est anima mundi. Et alijs item. Deus est spēra
cuius centrum est vbiq;. circūferentia vero nūsp. Nec mirū si
deus. sane tamen intelligendo. sit anima mudi. id est verum esse
ac purus actus dans ònibus alijs esse. quare nō ex equo omia
entia aiāt. Nam et ego non omiā mei corporis membra egliter
animo. vni gustum. alteri auditum. visumq; alteri distribuens
Rursum vero ambro& his apertissimis rationibus deū esse luce
clarior ostendit. Creatura inquit facta est. et non est facta a
seipsa. ergo ab alio. illud autē voco deum. Qui si esset creatura
facta esset ab alio. et de illo quererē. Vel ergo est abire in ifini-
tum vel est dare deum. Secunda ratio. Omne mutabile cum
incipit esse habet aliquid inmutabile primum principiū existēdi
Sed omne ens notum nobis sine corporeum sive spirituale est
mutabile. Necē est igitur ipsum habere primum aliquo existēdi

imutabile principū hoc autem dicimus deum. Tercia. nō contingit esse vel intelligere in rebus bonū et meliū. nisi sit aliqd optimum qd sit causa bonitatis illoꝝ. Sed in rebus contingit inuenire bonū corpus. et meliorem spiritū. Ergo oportet esse aliquid optimum. et hoc dicimus deum. Rursus. vbi est dare pulchru et pulchrius est dare pulcherrimū. Sed in creaturis est dare pulchru et pulchrius. intelligibilia namqz sunt pulchriora sensibilibus. Ergo est dare pulcherrimū. qd vocamus deum. Sic igit creature arguit vnū p̄mū imutabile optimū et pulcherrimū principium. qd est propositū. Facit optime qd ait augustin⁹ in libro de trinitate. Qui fecit magna: maior ē qui fecit pulchra: pulchrioz est. qui fecit bona: optimus est. Et iterū. Deum verissime esse totus mundus clamat qui nō esset nisi creatus esset. et qui hunc creauit deus est. Que omnia a sa lomone sapie. xij. his paucis explicantur sermonibus. Vani sunt omnes homines in quibus non subest sciencia dei. et de his que videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est. Necqz operibus attēndentes agnouerunt quis esset artifex. s̄ ait ignem. aut spiritū. aut citatū aerem. aut girum stellaz. aut aquā. aut solem rectores orbis terrarū dēū putauerunt. Quoꝝ si specie delectati deos putauerunt: sciant quanto his dñs eoꝝ speciosior est. Aut si virtutem et opera eoꝝ mirati sunt: intelligant ab ipsis quoniā qui hec constituit fortia fortior est illis. A magnitudine enī speciei et creature: cognoscibiliter poterit hoꝝ creator videri. hec ibi. HELIA. Quid qd prothagoras qui et phūs et sapientissimus suo tempore habebatur dicere erat solitus non liquere sibi an deus aliquis esset? AENEA. Que disputatio adeo impia iudicata est. vt ab atheniensibus auctor eius electus sit. et libri in quibus ea continebat exusti. Sed qz obsecro tam rudus tam demens. et tā insipies esse pōt vt celū credat rcōre carere. et hāc pulcherrimā mudi machinā

casu emersisse. et oia fieri fortuito? **S**tultorum: est hec assertio
 dicente propheta quod modo allegatum est. **D**ixit insipies in
 corde suo non est deus. **V**moi enim dampnatissime secte legitur
 fuisse epycur⁹ grec⁹: similiter et suus imitator lucreci⁹ roman⁹
Quorum quia deterrima et pnicosa et falcissima erat doctrina
 libri ea cōtinētes fere ônes diuina grā aut exusti aut suppressi
 existūt. adeo ut nec vñ quidē tot⁹ toto in orbe reperiri queat
Scripsit enī s̄ post epycurū dāpnat⁹ cū suo dogmate lucreci⁹
 oia fieri ex athomis. oīaq̄ resolui i athomos. mūdū quoq; istū
 a casu. sed tamen p naturā factū. humanas aīas naturaliter in
 ipsa ifūdi corpora. et naturaliter emori cū eisdem. **A**pud iferos
 neq; estus neq; algores. pmmo nec ipsum infernū. nec campos
 elios. nec quitq; taliū: sed cōfida omīā et mēdosa et fabulosa
 existere. **S**ed ipse nimirū tot⁹ cum sua doctrina ineterijt. **Q**ue
 q; falsa q; reproba q; absurda sit: demonstratum est supra:
HEL⁹ JAU⁹. **Q**uale ergo si deus est o anima: videri ab homib⁹
 vt reliqua entia non potest: **A**N⁹M⁹A. **Q**uale ego o belial
 quare tu. quare et reliq; spirituales creature videri nō possum⁹
Quia sp̄ituales sum⁹. et sp̄itualia videri a corporib⁹ nequeūt
 subtili eorum natura corporeum superexcedente ituitum. **N**am
 sicut i creaturis quedā hominē minime sentiunt. vt lapis. quedā
 vero sentiunt vt canis. sic in itelleculi creatura angelus bon⁹
 et munda anima deū intelligendo videre atq; agnoscere possūt
Ipsō attestante qui ait math. v. **H**eati mūdicordes. quoniam
 ipsi deū videbunt. **A**nimalis autem homo qui terrena tantum
 sapit. nullomō que deū sunt percipit. vt ait apostolus .i. cor. ii.
HEL⁹ JAU⁹. **Q**uo igitur modo potest intelligi deus: **A**N⁹M⁹A.
 Per creaturam. **O**mnia enim que sunt bona sunt. **B**oni sunt
 lapides qui tatum sunt. **M**eliores his plante que sunt et viuūt
His meliores bestie que sunt viuunt et setiunt. **M**eliores his
 homines qui sunt viuunt sentiunt et inteligit. **S**ed his ônib⁹

adhuc meliores angeli qui sunt viuunt intelligunt. et cum hoc
incorporei sunt et mori non possunt. Rationalis ergo mens
sapiencia et pietate fulta per hunc discursum intelligit. q̄ hic
vere deus sit qui omnibus esse. quibusdam sentire. alijs viue-
re. alijs intelligere tribuit. Et summum bonum desiderandū ab
omnibus pculdubio hic est. Qui vnum tantum deus credend⁹
est. et nō plures. vt supra deductum est. Etenim si duo vel plu-
res essent: alter alterū. et ille istum potēcia excelleret. vtricq;
igitur bonoz plenitudo deesset. amplius quicquid deus est: infi-
nitum esse oportet. at duo parites iſinita esse non possunt. Re-
linquit ergo ex premissis necō deum ē. et ipsum quidem solū
atq; vnum esse. In quo bonum omne simul sit. et nichil quod
in alio ad sui perfectionem requiratur ei deſit. Cum itaq; non
duo. nō tres. nō plures. sed vnd dūtaxat deus ē: iscq; plenitudo
omniū bonoz. prīcipiūq; et origo et finis oīs creature existat
solus hic ē pura mēte colēdus. metuend⁹. adorand⁹. appetend⁹
inquirend⁹: et si recte querat pculdubio iueniend⁹. **VEL JAL**
Cum scriptum sit. Querite deum et viuit aīma vestra. amos. v.
Et iterum. Querite faciem eius semp. i. parali. xvi. Et rursus
Deum nemo vidit vñq; io. i. Quomo queri debet qui nō potest
videri. Aut vbi queret q̄ totus vbiq; esse affirmaē. **ANIMA**
Per creaturā gradiamur. et i ipsa creatione queram⁹. si forte
p ipsam creatorē iuenire merebimur. Ip̄m enī reuera inueniēt
qui eū fideliter querūt. Prīmū dic michi o terra **N**un tu es d⁹
Ron. Sz creatura dei sum. Et quō ergo tam potēter tāq; efficaci-
ter ex te pducis tot segetes. tot arboz. tot herbaz. tot bestiaz
tot lapidū. tot metalloz species. Cūda h̄ ex me pducit d⁹. **V**n
viro ex te surrexerūt tot vrbes. tot castella. tot meia. **D**el vñ
creuere sup te. tot populi. tot gētes. tot natioēs. tot ligue. **H**o-
mines quidem deus ex me formauit. ipsi autē dono dei ingenio
prediti maximas edificiorum moles ex me et super me erexerūt

Que vniuersa itereūt; et ego trāsibo. deus autē nōster ieternū
manet. O mare tu ne igitur es deus? Nequaꝝ. Creatura nāq;
eius sum . Et qua ex te potentia tot belluarum. tot piscium.
tot avium. tot reptilium species genuissi. Hec omnia deus ex
me p̄tulit . Et quō tuas processas sic horribiliter in altū tollis
vel qua virtute oīa ad te fluīa continue attrahis : Per me crea
tor omniū h̄ operat de⁹. Dic tu vero aer. es ne deus? Minie. sed
creatura ei⁹. Et q̄ igit̄ virtute fulgura choruscatioēs . tonitrua
vētos. pluuias. niues. grādiēsp̄nuinas. cōetas. ballones etcetera
hmoī profers. Hec oīa de⁹ quō et quādo vult p̄ me agit . Sed
nonne tu causa secunda es proxima quidem horum effectuum
atq; īmediata. Sū equidē: sed causa prima de⁹ proximior causa
est atq; īmediator. Potior enī et proximior causa est scripture
vel edificij manus hominis. q̄ calamis aut securis. Quēadmo
dum et de te s̄ixte quarte pontifex maxime. et de quolibet alio
pontifice romano dici solet. Sunt enī per vniuersam eccliam
varij sp̄s̄ et distincti episcopi. quos ordiārios atq; īmediatos
vocant . Cum eo tamen stat q̄ romanus pontifax vt. primas
vniuersalis ecclie ac cefas. vbi cumq; ipse fuerit. et quo ciūq; se
trāstulerit: cīm epūs. dīm ordinarius et quidem īmediatus de
iure censendus est. adeo quidem vt nullus se ab eius potestate
ēximere. seu forum ei⁹ declinare possit. de quo est textus et cas⁹
in terminis ī capitulo licet. iuncta sua glosa extra de fo. compe
et. xxi. di. in nouo. et caplo sequenti . Et qđ de prima causa et
sua preminentia dixi. satis īuit: aristotiles vt refert hostiensis
in summa libro primo titulo primo circa finem . Prima causa
inquit aristotiles est superior omni narratiōe. et ideo deficiunt
lingue a narratione ipsius. quoniam ipsa est super omnē causā
et non narratur nisi per causas secundas que illuminantur a
lumine prime cause. quoniam prima causa non cessat illuminare
suū causatū. et ipsa illuminatur a lumine sno. quoniam ipsa est

lumen supra quod non est lumen. hec aristotiles. **O** sol qui totum splendore tuo mundum illuminas. tuis omnes qui terras ignibus vris. qui longum metiris annū. omnia qui vides. per quem videt omnia tellus. et qui mundi oculus ab ovidio diceris: michi dicio. **Nonne** tu es deus? Non. sed seruus et creature eis. Ipse me tam rutilum et tam splendidum fecit. vt tu vides. Cuius rei gracia olim in sua quā in assumpto homine mortiferam passionem tulit. ego factura eius se meum factorem tam indigna patientem cernere non valens: hos radios. huncqz ad tempus malui splendorem abicere. et claudere quos debeo mundo oculos. q̄b hominis tam innocentis. q̄b mei conditoris tam nefandam atqz iniustam mortem cernere. Non numq̄ tamen homines te simul ac deus esses adorauere. teste virgilio in sua eneide sic dicente. **Sol** qui terrarum flammis opera omnia lustras. tuqz harum interpres curarum et conscientia iuno accipite hec. Qua igitur ratione si tu non es deus o sol: pro deo tamen a plerisqz hominibus adoraris? Et qua ratione homines stulti vt plurimū. vtro citroqz pariter stulti existūt? **Vetus** hec fuit gentiliū insanja. pdolatraz hec fuit opinio. ne dicam rabies. diuinos michi exhibere honores. **Quoniam** vero pacto tāto fungi debeo honore. qui pars mundi existō: quo nec totus ipse etiā dignus est mundus. vt ait apuleius: **O** celum tu ne ergo es deus? Non sum deus: sed creatura atqz opus manū eius. **Vnde** ergo producis tot preclara stellarum lumina quibus tua facies tam miro decorat scemate? **Hec** deus forma uit sidera quibz me tam pulchro vt cernis artificio redimiuit. **Ego** quidem mobile sum. ego volubile. et non secus ac terra cōcreatura mea transibo atqz resoluar. **Deus** autem noster in eternū permanet. **O** angeli. nū aliquis vestrum deus est: Absit. **Ministri** namqz et nuncij ac precones dei sumus. et cum omni creatura eius imperio seruimus. et in eo sicut et **vos** viuimus

mouemur et sumus. Hic ubiqz est presens. et totus quidem. et
tamen a solis. certi estote. inuenitur mundicordibus. **VEL** **A.** Ecce totam seorsum creaturam percuristi o anima. et que
profectum cedo sic faciendo reportasti. **A** **P** **M** **A.** Multum. Ja
enim deum inuenire tandem potui. quem inter creaturas sic di
ligenter perquirendo non inueni. Cuncta enim que mente lus
trauimus creature sunt. temporalia sunt. mutabilia sunt. Creator
autem horum deus est. et ipse quidem imutabilis. ipse eternus.
magis autem ipsa imutabilitas atq; eternitas. Qd vero non
ociose in hoc discursu laborauerim: liquet ex verbis augustini
sic dicentis. Tolle hoc et hoc. et quod relinquit deus e. Et rur
sus. Tolle hoc bonum. et illud bonum. et quod reliquitur sum
mum bonum est. Intelligamus tamen deū cum eodem augustinus
quantum possumus sine qualitate bonum. sine quantitate mag
num. sine idigentia creatorem. sine situ presentem. sine habitu
omnia continentem. sine loco ubiqz totum. sine tempore sem
piternum. sine villa sui mutatione mutabilia faciente. nichilqz
pacientem. Quisquis deum ita cogitat. et si nondum potest om
nino inuenire quid sit: pie tamen caueat quantum potest ali
quid de eo sentire quod nō sit. **VEL** **A.** Quia vero difficultie
ac multum laboriose inuenitur cuius nescitur habitat: si que
ratur abs te ubi habitat deus. o anima quid dices? **A** **P** **M** **A.**
In sanctis suis habitat vt ait idem aug⁹. In templo iquit suo
habitat deus. videlicet in sanctis qui sunt templum dei. modo
scdm fidem ambulantes. et templum dei erunt aliquando scdm
speciem. qualiter etiam nunc templum dei sunt angeli. **VEL** **A.**
Sed dicet aliquis. Anteq; deus faceret celum et terram.
anteq; faceret sanctos. ubi habitabat. **A** **P** **M** **A.** In se habitabat
deus: apud te habitat o quicumq; es iustus. et apud se est. Nō
sic tamen sunt sancti domus dei. vt ipsa subtracta cadat deus.
ymmo sic habitat deus in sanctis. vt si ipse discesserit cadant.

Opinari autem aut dei nisi stultissime nequit. spiritum sanctū
nō habere locum in nostro corpore quod totum anima nostra
impleuit. Stultius etiam dicitur angustis aliquibus impediri
trinitatem. ut pater et filius et spiritus sanctus alicubi simul
esse non possint. Hec certe mira quibusdam videntur. et non
facile credibilia. Verum illud est profecto longe mirabile. q
cū deus sic ubiqz totus: non tamen in omnibus habitat. Quis
enim audeat opinari nisi inseparabilitatem trinitatis penitus
ignoret: in aliquo posset habitare patrem aut filium i quo nō
habitetur spiritus sanctus: aut in aliquo habitare spiritum sanctū
i quo nō habitet pater et fili. hec aug⁹. HELIA. Si de⁹
ubiqz ē totus. quō stare in veritate pōt. q in aliquib⁹ habitet
et in aliquis non habet. ARIELA. Fatendū est ubiqz esse
deū per diuinitatis presentiā. sed non ubiqz per inhabitatiois
graciam. vt ait augustin⁹. Propter hanc enim habitationem
non dicimus. Pater noster qui es ubiqz. cum et hoc verū sit:
sed qui es in celis. id est in sanctis in quibus est quodam excel
lentiori modo vt ait idem augustin⁹. Illud quoqz mirabile est
vt ipse ait. Quia deus est inhabitator quorūdam se nondum
cognoscentiū. et nō quorūdam se cognoscentiū. Illi namqz ad
templum dei non pertinent vt ait apostolus qui cognoscētes
deum non sicut deum glorificant. ro. i. Ad templum vero dei per
tineat paruuli sanctificati sacramento cristi. et renati ex spū
sancto q nondū valent cognoscere deum. Igitur quē potuerūt
illi nosse nec habere: isti potuerunt habere anteqz nosse. Bea
tissimi autem sunt illi quibus hoc est dū habere quod nosse.

De peccato originali quomodo contrahitur. et quomodo expiatur. Et de baptismate parvulorum **Dialogus** textus.

VELJAL.

Cum sermo de parvulis baptisatis convenienti qdam
incidencia nostre concertationi sese obtulerit: opere
precium duxi querere abs te o anima si talium par-
vulorum baptismata de facto collatum. de facto eis quicq
prosit? **A**PPEND. **E**t quis nisi amens dubitat? **H**esitare quide m
aut disputare fidelium debet nemo super eo quod iadudum con-
stat esse ab ecclesia. definitum. **I**njuriam namqz facit iudicio re-
uerentissime sinodi qui semel iudicata ac recte disposita reuolue-
re et publice disputare contendit. l. nemo. **C**. de sum. tri. et fi. ca-
tho. **VELJAL.** **S**i tamen ab ecclesia triumphante loc processerit
que veritati innititur. et ob hoc nec fallit nec fallitur. **M**ilitans
vero ecclesia plerumqz opinionibz regitur. hinc fallit plerumqz
et plerumqz etiam fallitur. capitulo a nobis de senten. excommu-
nicacionis. **A**PPEND. **Q**uod ecclesia militans errare aliquan-
do possit: hoc de particulari fortasse. non de vniuersali ecclesia di-
ci potest. **VELJAL.** **V**mbo etiam vniuersalis in facto errare po-
test: eamqz i facto errasse se numero compertum est. **A**PPEND.
Sed non in iure. non etiam in fide. nec iu his que rationi subia-
cent. cuiusmodi est casus per te modo i controversiam deductus
VELJAL. **S**i mecum rationibz contendere voles: qz multas hac
tuam perimentes opinionem afferre in medium possem. **A**PPEND.
MAPPEND. **V**mbo vero non alias qz ratione contendere volo: que ra-
cionalis dei gratia existo. **VELJAL.** En tibi statim plurimas.
Quarum prima et ea quidem fortissima erit iuliani dudum ab
augusti quo querentes quomodo peccatum inuenitur in parvulo
Ait enim sic. Non peccat isle qui nascitur. non peccat ille qui
genuit. non peccat ille qui condidit. Per quas igit rimas iter
tot presidia innoceucie peccatum singlis ingressum. **E**x quibus

verbis talem formo rationem o anima. Quod pollutum non
est ablutione non indiget. Paruuli in nullo quoad animam
sunt polluti. Ablutione igitur quoad animā indigent nulla.
Est autem baptismus anime ablutio. frustra ergo datur par-
uulis qđ eis in nullo suffragatur. **¶¶¶¶¶**. Et tibi et tuo
iuliano heretico respondet sacra pagina vt ait magister in
secundo. Per vnum hominem peccatū intravit in mundum
et per peccatum mors. Et ita in omnes homines mors per-
transit per vnū in quo omnes peccauerunt. Usq; ad legem
enim peccatū erat in mundo. peccatum autem non imputa-
batur cum lex non esset. Sed regnauit mors ab adam usq;
ad moysen etiam in eos qui nō peccauerūt in similitudinem
preuaricationis ade qui est forma futuri. Sed non sicut de-
licium: ita et donum. Si enim vnius delicto multi mortui
sunt: multomagis gracia dei et donū in gratia vnius hominis
ihesu cristi in plures habundauit. Et si vnius delicto mors
regnauit per vnū: multomagis habundantia gracie christi et
iusticie accipientes in vita regnabūt per vnū ihesum christū
Igitur sicut p vniū delictū in omnes homines mors intravit
in condemnationē: sic et per vnius iusticiā in omnes hoīes
vita in iustificationem. hec paulus. vbi supra. Quid queris
amplius. quid queris apertius. Hec oīa sunt tibi notissima
Tu enim illīc aderas. tu radix atq; origo mali. tu peccati fo-
mes. et mortis causa fuisti o belial. Temptacio namq; et
mundi perditio a te incepit. et per te hoc modo facta est. vt
ait maḡ in secūdo. Stans coram femina hostis superbus nō
audet in verba persuasionis exire metuens deprehendi. sed
sub interrogatione eam aggreditur vt ex respōsione colligeret
qualiter in malicia procedere posset. Cur iquit pcepit vobis
deus vt nō comederitis de omni ligno paradisi. Cui respon-
dit mulier. De fructu lignorū que sunt in paradiſo vescimur

de fructu vero ligni quod est in medio paradisi precepit nobis
deus ne comederemus et ne tangeremus ne forte moriamur. In quo
verbo deus locum temptanti cum dixit ne forte moriamur. Unde
mox dyabolus subiunxit. Nequaquam moriemini. Scit enim deus
quod in quacumque die comederitis aperiatur oculi vestri. et eritis
sicut domini scientes bonum et malum. At te de ordinem ac progressum
perditionis tue homo. Primo deus dixerat. Quacumque die co-
mederis ex eo morte morieris. Deinde mulier dixit. Ne forte mo-
riamur. Nouissime serpens dixit. Nequaquam moriemini. deus affir-
mavit mulier quasi ambigendo illud dixit. dyabolus negauit.
Que igitur dubitauit ab affirmante recessit. et neganti appro-
pinquauit. Transgressionem autem mulieris statim secuta est
viri transgressio. Super quo redargutus a deo vir. Mulier inquit
qua de disti michi illa michi dedit. et comedi. genesis. m. O res-
ponsum excusacionem non habens ut ait crisostomus. Illa inquit
comede et deus dixit. ne comedas. Quare ergo mulieri obsecun-
dere. deum vero spernis. Sed non eiusmodi fuit sanctus iob
Qualis ergo. Cum terrore inquit o mulier quasi una de stultis
mulieribus locuta es. iob. n. ~~HELI~~ ~~21~~. Si per hominem pecca-
tum intravit in mundum ut tu dicis. peccatum illud ex volun-
tate vel ex natura est. Si ex voluntate est mala est voluntas que
facit peccatum. Si autem ex natura mala etiam est natura. In
parvulis autem mala voluntas non est quibus nulla est volun-
tas. ~~23~~ ~~21~~. Ex voluntate peccatum est etiam originale ut ait
augustinus. Hoc enim ex voluntate primi parentis seminatum est. ut
in illo esset et in omnes transiret. Nudemus aliquid ultra au-
gustinum dicere et magistrum sententiarum. Crimen humanae ma-
gestatis lese humano iure trahit in posteros. C. ad. le. iulianus ma-
t. quisquis. Quid igitur mirum si lese magestatis divine crimē
iure diuino transeat in posteros. ~~HELI~~ ~~21~~. Quā vero dinīna
super hoc legem habes. ~~23~~ ~~21~~ Hanc scilicet. In quacumque

die ex eo comederitis: morte morieris. gen. ii. id est mortalis fies
et mortis penam experieris. VEL IUL. Sed ad solos pro-
thoplastos lex illa et pena legis reflectitur: non autem ad
posteros. IPM. Dirigendo verba sua ad illos dñs ad totā
humana specie quā presentabāt eadem etiā dirigebat. Quēad
modū et ipse loquens in nouo testō ad suos discipulos. Ego
inqt vobiscū sum vsq; ad cōsumationē seculi math. vltimo. Qd
verbū de presentia eucaristiali nō absurde a nostris exponit
Nunquid enī vt ait paschalius apostoli semper in hoc seculo
pmansuri erāt: Vel nūquid posteris eoz fidelib; sacramētalis
cristi presentia erat denegāda: VEL IUL. Quō ergo statit in
veritate qd alibi ipsemēt cristus ait. Pauperes vobiscū semp
habebitis: me aut nō semp habebitis. io. xij. IPM. Primū
intelligi debet sacramētaler ut iā dixi. seu inuisibiliter: alteꝝ
vero qd mō allegasti. visibiliter. ad obseq̄a videlicet vñctionis
et lotionis exhibēda. VEL IUL. Multa queri possent in hac
materia. e quibus hoc vñū dūtaxat interrogo. Si peccato ab
eua cōsumato. adam in obedīa p̄stitisset: an originalem labem
sua soboles contraxisset: IPM. Minime. eo ꝑ ipse adam
actiū totius humane speciei prīcipium existens. impollutus
quidē: posteros nequaꝝ polluisset. VEL IUL. Ut mulier eua
principium humane propaginis etiam erat. IPM. Sed
passiuū. Ab actiō autem prīcipio. nō a passiō fit deniatio.
vt ait doctor sandus. VEL IUL. Sed esto habeāt paruuli ori-
ginalē maculā: baptismo tñ ꝑdiu paruuli sunt ablui non pñt.
Dicente petro in sua eplā. i. ca. iij. Caritas operit multitudinē
peccatorꝝ. Et cristus in euangelio de peccatrice penitente ait.
Dimissa sūt ei peccata multa qm dilexit multū. luce. vii. Cōstat
igit nō nisi i caritate et ꝑ caritatē crimina dimitti. Paruulis
ergo q nec sentiūt quid agat in baptismo. caritatē nō hñtib; q
sentiētib; et cōsentientib; tñ ifūdit: pccm i baptismo nō reittic

Preterea scriptum est in euangelio vestro. Qui credidit et
baptisatus fuerit saluus erit. mar. vltimo. Utrumq; ergo re-
quiritur fides et baptismus: et primo fides. Paruuli igit nec
fidem nec spem. nec ullam prouersus aliam virtutem habentes.
baptisari quidem de facto possunt: sed baptismu saluari non pos-
sunt. **M23M2A.** Materia ista pulcherrime atq; amplissime de-
ducta est atq; definita in capitulo maiores de baptismu et eius
effec. ex quo me quicquid in ea re dicura sum: haussisse confi-
teor. Tibi q; iuxta textum et verba illius decretalis cuius in
nocentius tercius auctor est. catholice responde m. q; baptisma
circumcisio successit. absit enim vt in illam dampnatam he-
resim incidamus q; perperam affirmabat legem cum euangelio
et circumcisione cum baptismu seruadam. Quoniam scdm aplm
Si circumcidimus christus vobis nichil prodest. gala. v. Cum
itaq; circumcision tam adultis q; paruulis ex precepto domini
conferebatur: ne baptismus qui successit loco ipsius. et genera-
lior tñ existit. cu tñ viri q; femine baptizen. minoris videat
effectus. tam adultis est q; paruulis conferendus. Sicut enim
sine distinctione qualibet mosayca lex clamabat. Anima cuius
prepucij caro circumcisita non fuerit peribit de populo suo. gen
. xvij. ita nunc indistincte vox intonat euangelica. Nisi quis re-
natus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum dei
io. iij. ab hac generalitate nec sexu nec etate excludens. Caute-
tamen aduertendum est quantum hodie plus baptismus con-
serat christianis q; quondam iudeis circumcisione conferebat. Dic-
tum namq; est in fine prediche auctoritatis inducere de veteri
lege. Peribit de populo suo. In euangelica vero veritate sub-
iunctum est. Non intrabit in regnum dei. Nam etsi originalis
culpa remittebatur per circumcisionis mysterium. et dampna-
tionis periculum vitabatur: non tamen perueniebatur ad reg-
num celorum. quod usq; ad mortem christi sicut omnino obseratu

Bed per sacramentum baptismi culpa remittitur. periculum
vitatur damnationis eterne. et ad regnum celorum etiam
peruenitur. Cuius ianuā christi sanguis fidelibus suis miseri-
corditer reseravit. Absit enim ut vniuersi parvuli pereant
quoz quotidie tanta multitudo moritur. quin et ipsis misericors
deus qui neminem vult perire aliquod remedium pro-
curauerit ad salutem. Ceterum ex vi littere satis patet pre-
dictas auctoritates intelligendas esse tantummodo de adultis
qui habent multitudinem peccatorum. cum de parvulis non
posset intelligi qui peccato tatum originali tenentur. Simi-
liter et illa auctoritas est soluenda. Qui crediderit et bapti-
fatus fuerit hic saluus erit. cum non possint credere parvuli
sed adulti. Adeo q̄ christus hec verba proferens adultis dū-
taxat loquebatur. et non parvulis. Et ob hoc tota auctoritas
intelligenda est de adultis. nec ad alios prima; et ad alios
secunda clausula referatur. Quamuis nonnulli concedant q̄
parvuli credunt non per usum. sed per habitum fidei quem
fusciunt in baptismo. sicut et alia multa verba scđm cō-
munem usum loquendi non ad actum sed ad aptitudinem
referuntur. hec omnia in dicto capitulo maiores. Illud vero
quod oponis o belial. fidem caritatem aliasq; virtutes par-
vulis vtpote non cōsentientibus non infundi: a nostris non
conceditur. asserentibus et dimitti peccatum et virtutes in-
fundи. et graciam informantem habentibus illas quoad ha-
bitum. non quoad usum. donec peruerenter ad etatem adul-
tam. hec rursus in dicto capitulo maioris. iuncta cle. vna de
sū. tri. et fide catholica. Adde autem pro ampliatione mate-
rie quod pulchre admodum ait beatus augustinus. de mira-
bilibus sacre scripture libro tertio in hec verba. Johanne
christum baptisante tria noua et magna apparuere mirabilia.
Spiritus sanctus super se in specie columbe descendere visus.

Vox paterna confitens filium esse suum auditā. et celum eam se apertum est. Non q̄ ante baptismum suum hec ūnia dei filius non haberet: sed vt baptismi sacramentum quid valeat ostenderet. Non enim tunc spiritum sanctum ille cepit accipere: qui eandem cum spiritus sancto substancialē habere creditur. Nec tunc illum pater filium profess⁹ est: cui dixit. Ex vtero ante luciferum genui te. ante vedelicet omnem angelicam naturā quae luciferi appellatione per scripturas sepe designatur. Neq; tunc illi aperiri ceperat thalam⁹ celorum: qui ait. Celū michi sedes terra autem scabellum pedum meorum. Sed idcirco hec: sancta trinitas in baptismo domini congesit: vt sciret unusquisq; quid muneris in sacri baptismatis mysterio suscepit. Tunc enim spiritum sanctum quisq; peccator sordib⁹ ablutus accipit. a deo pate filius profiteri adoptionis gratia incipit. et tūc sibi regni celorum ianua aperiri. et ciuis celestis patrie. angelorum consors intelligit. hec aug⁹ VEL JAL. Si parvulus in baptate peccatum originale dimittitur qui sensu non habent neq; cōsensum: non video cur adultis dormientibus. vel amentibus peccatum si baptisentur ratione simili non dimittatur. AZM. Hic distinguere oportet. Peccatum enim duplex est. originale et actuale. seu alienū et proprium originale quod absq; consensu contra hitur. actuale quod committitur cum cōsensu. Originale igitur et alienū. quia sine consensu contrahitur: sine consensu in parvulus per vim remittit sacramenti. Actuale vero et proprium quod cum cōsensu cōmittitur. sine cōsensu mīme relaxatur. In adultis autem non baptisatis non solum originale sed etiā actuale peccatum reperitur vt habeat i dicto capitulo maiores. VEL JAL. Et quare saltē originale peccatum amentibus et dormientibus in baptismo sicut parvulus non relaxatur. AZM. Dominus qui totū hominē sanū fecit i sabbato op⁹ iperfectionis nō nouit. et ob hoc non ex parte: sed in toto dimittit

aug⁹. DEI JAL. Ipse tamē aug⁹. xv. de trinitate ait spiritum
sanctū p̄cipaliter a patre procedere. AJM2L. Sed ne de
hoc turbaremur: ipse cōtinuo ex quo sensu dixerit apte subdēs
Ideo inquit addidi p̄cipaliter. quia et de filio spiritussanctus
procedere reperitur: sed hoc quoq⁹ filio pater dedit. Qui ergo
omnia habet a patre: habet et hoc ipsum q̄ spiritussanctus ab
eo procedit. DEI JAL. Sed dicito michi consequenter. Cum
spiritussanctus procedat a patre. et sit cōsubstātialis ei: cur nō
dicitur esse natus sed potius spiratus. et cur etiā nō dicitur filius?
AJM2L. Soluat aug⁹. v. de trinitate sic dicens. Si spiritus
sanctus filius diceretur: amboꝝ vtiꝝ filius diceretur. quod ab
surdiſſimū foret. Filius quippe nullus est duox nisi patris et
matris. Sed absit vt inter deum patrem et deum filium tale

aliquid suspicemur. Absurdissime ergo filii dicere est amboꝝ id
est patris et filij. Amboꝝ quippe filius diceret: si eum ambo
genuissent. qđ abhorret sanox oīm sensuꝝ. Non igit̄ ab utroꝝ
est genitus: sed pcedit ab utroꝝ amboꝝ spirituꝝ. hec aug⁹.
HELJAL. Quare aut̄ spiritus sanctus non dicit̄ genitus sed
procedens tñ: filius vero et genit⁹ dicit̄ et procedens. Testis
est ipse qui io. xvi. ait. Ego ex deo processi vel exiui. qđ idem ē
et veni i mund⁹. Non ergo tñ spiritus sanctus procedit a patre
sed etiam filius. **ASIMAL.** Ad hoc scdm augustinum in dñm
utramqꝝ procedere a patre. dissimiliter tamen. **Qui** spūssanc⁹
procedit a patre non quo natus. sed quo datus vel donū: filius
aut̄ pcedit nascendo. Inter generationē vero filij et pcessionē
spiritus sancti dum hic viuimus: distinguere non sufficiamus.
hec aug⁹. Moderni vero theologi dicunt filium pcedere a p̄e
per generationem: et sp̄m sanctū per spirationē. Sed magister
sententiarꝝ libro primo sic dicit. Quid aut̄ inter nasci et pce-
dere intersit de illa excellentissima natura loquens explicare
quis potest. Non omne quod procedit nascitur: quāi s omne
procedat quod nascitur. Sicut nō omne quod bipes est: homo
est. Quis bipes sit omnis qui homo est. Hoc scio: distinguere
autem inter illam generationem et hanc processionem nescio.
non valeo. non sufficio. Ac per hoc quia et illa et ista est in-
effabilis. Sicut enim ysaias capitulo. lin⁹. de filio loquens ait
generationem eius quis enarrabit ita et de spiritu sancto veris
lime dici potest. processionem eius quis enarrabit. Satis ergo
sit quia non est a seipso filius: sed ab illo de quo natus est. nō
a seipso spūssanc⁹: s̄ ab illo de quo pcedit. et quia de utroꝝ
procedit. sicut in antedictis ostendimus. **HELJAL.** Quero
ad huc abs te o anima. cum filio ob suam missione et non alias
minor ipso patre dicat̄ atqꝝ inferiorvñ ē qđ spūssanc⁹ a patre
et filio missus nusqꝝ patre aut filio minor legatur seu inferior

APOSTOLUS. In missione filij duo simul concurrerunt: missio vi
delicet et inanicio. Propter missionem non dicit minor patre
propter inanitionem vero seu nature humane assumptionem dicit
nec minor patre. sed et spiritu sancto. immo et seipso ut ait
magister sententiaz in primo. At spiritus sanctus missus tanto
modo fuit abs inanitione. Venit ei docere homines ac illuminare
non aut redimere. ut filius. **HELIAS.** Quemadmodum filius in specie hominis: ita spiritus sanctus in
specie columbe apparuit. Ergo si minor est patre filius: quia
in specie humana apparuit: longe minor esse debet spiritus sanctus
qui apparuit in specie columbina. **ALIA ATQUE ALIA** est apparitione
filij ac spiritus sancti. Apparuit enim filius in specie hominis
assumpta: sed apparuit spiritus sanctus in specie columbe non
assumpta. Non enim venerat spiritus sanctus ut columbas re-
dimeret: sed ut homines illuminaret atque imbueret ut ait aug.
HELIAS. Adhuc et fortioribus quam antea rationibus grecos
sustinens: probo spiritus sanctum procedere a patre solo. et primo
auctoritate gregorii nazaneni sic dicetis. **Sicut** radij solaris
luminis non separantur a lumine. sed usque ad nos emicant: sic
filius et spiritus sanctus gemini patris radius usque ad nos mi-
serunt lumen claritatis. Sed duorum radios unus non procedit
ab altero: ergo a simili spiritus sanctus non procedit a filio nec
ex eis. **Secundo** ut ait dyonisius de diuinis nominib. ca. ii.
Pater est fontana deitatis. filius et spiritus sanctus de genere pullu-
lationes diuine nature. et quasi flores. Sed pullulationum aut
florum unus non procedit ab alio. Ergo nec spiritus sanctus a
filio. **Tercio** in. In humanis spiritus non procedit a verbo. sed
cum verbo. Ergo similiter in diuinis. **Quarto.** Nichil omnino
simplex potest esse a duobus. alioquin effodus esset simplicior
sua causa. Ergo spiritus sanctus cum sit simplex non est a patre
et filio. **Quinto.** Aut pater perfecte et sufficiente spirat spiritum

aut non. Si no ergo ipse est in spirando imperfectus seu diminutus. Si sic: ergo superfluit filius. Quinto. Equalis honoris et auctoritatis sunt filius et spūs sanctus. Ergo sicut filius non ē a spūsancto: ita nec spiritus sanctus a filio. **A****M****M****A.** Petrus de tarentasia pontifex et doctor maximus ad tua obiecta sic respondet. Ad primum quod fundatur in loco a simili dicit similitudinem esse Christum ad originem radiorum ab uno sole: non Christum ad habitum dinem eorum adinuitem. Idem etiam respondit ad secundum. Ad tertium dicit quod verbum dei secundum eternam generationem comparat verbo cordis: secundum typalem vero verbo vocis. Il verbo vero cordis seu interiori procedit spiritus interior idest amor. Hic spūsanctus est a verbo eterno in Christum eternum: sed verbum incarnatum ab ipso in Christum incarnatum. Ad quartum fatetur nichil oīno simplex posse esse a duobus diuersis per essentiam. Ad quintum dicit quod perfecte spirat pater. nec tamen filius superfluit. quia sunt unum in spirando. Et hoc est non ex imperfectione patris quia indigeat filio adiutorio: sed ex perfectione filii assimilantis patri in omnibus non repugnantibus personali proprietati eiusdem. Ad sextum respondet quod quia spūsanctus procedit a filio non minuit honor seu auctoritas eius. cum equalitas honoris et auctoritas consistat in essentialibus: non in relativis attributis. **E**xploris igit atque elisis tuis sophismatibus o belial: quia non est satis malitiae refellere. nisi bene etiam dicatur: qui habet aures audiat rationes admodum fortes spiritum sanctum non a patre solo. sed a patre filiorum procedere demonstrantes. Quas nec tu quidem vniq; nec ipsa ergo fallax grecia poterit elidere. Et primo. io. xvi filius de spūsancto loquens ait. Ille me clarificabit quod de meo accipiet: Ergo aliquid accipit spūsanctus a filio. Sed quicquid ē in illo est tunc ipse: ergo procedit ab illo. Secundo. io. xv. filius de eodem spūsancto loquens iterum ait. Cum venerit pacificus quē ego mittā. Sed si non procederet ab eo non mitterez eum: quod procedit ab ipso

Tercio. Scriptura sacra sepe nominat eum spiritū filij. **ro. viij.**
gala. **ij.** Aut ergo ratione solius substātie. et sic eadem ratione
posset dici filij esse spiritus sancti. Aut ratione alicuius relatiois
Ergo cum in diuinis non sit relacio nisi originis: oportet quod
vel filij sit a spiritu sancto. quod nullus dicit. vel spiritus sanctus
a filio. **Quarto.** In trinitate potentiaꝝ anime que est ymago
dei amor procedit a noticia. Ergo in trinitate personarum di
uinarum spiritus sanctus qui est amor procedit a filio qui sapi
entia siue noticia appellatur. **Quinto.** ut ait ancelmus libro de
processione spiritus sancti. In diuinis tres persone per omnia
idem sunt ubi relationis oppositio non distinguitur. Sed quoad
actum spirandi nulla relatio oppositionis filium a patre distin
guit. Ergo quoad hoc idem sunt. **Sexto.** Aut illas duarum p
sonarū filij scilicet et spiritus sancti una procedit ab alia. aut
non. Si no: ergo non distinguit inter eas oppositionis relatio.
ergo sunt una persona. Si sic: aut filius a spiritu sancto. aut
econuerso. si non filij ergo econuerso. **Septimo.** Aut iter tres
personas est equalis germanitas: aut non. Si non: ergo nec equa
lis dilectio. Si sic: ergo sicut sp̄us sanctus a patre. ita et a filio.
Octavo. Filius dicitur p̄prie p̄ris ymago. Aut ergo ratioe assimili
ratiois in natura tam. vel etiā in notione aliqua. Non in natura
tantum. quia similiter spiritus sanctus esset patris ymago. quod
non dicitur a sanctis. ergo in notione aliqua. Non in notione
innascibilitatis nec paternitatis: ergo in notione spirationis.
Nono. Spiritus sanctus procedit ut amor liberalis amicicie hu
iusti modi vero amor duorum est: non unius tantum. Ergo a duobus
non a uno tantum procedit. **VEL XI.** Miror vos omnes et
grecos et latinos. et utrorumque inscitiam vehementer irrideo.
Cum enim pater in diuinis sit spiritus: et filius spiritus et utrumque
nimis sanctus: qua cecitate mentis hoc nomen spiritus sanctus
soli tercie personae attribuitis. quod tamen oībus tribus eque

decenter ac p̄prie attribui potest: **A****R****M****A**. Alios inscios vo
cas a belial: sed tumet ipse vel certe inscius es. vel te insciū
mirabiliter insimulas. vel ancelmū doctorem eximiū nō legisti
sic dicentem. **N**omen spūssandi ideo quia spūssandus intelligit
alicuius spiritus: pro relatio noīe ponit. **N**am h̄uis pater
sit spiritus et sanctus. et filius similiter: non ē tñ pater alicuius
spiritus. nec filius similiter. sicut spūssandus alicuius est spiritus.
Est enim spiritus dei. et spiritus patris et filij hec ancelmus.
B**E****L****J****A****L**. Quid autem hoc sibi vult qđ gallorum doctor hi
larius proprietates personarum assignans dicit exterritatem
esse in patre. speciem in ymagine. vsum i munere: **A****R****M****A**.
Que tante difficultatis sunt verba. vt in eoz intelligentia atqz
explanatione vehementer laborauerit aug⁹ sexto de trinitate
libro ita dicens. **Q**uidam cū vellet breuissime singulaz in trini
tate personaz insinuare p̄pria. Eternitas est inquit in patre.
species in ymagine. vſus in munere. Et quia non mediocris
audis in tractatione scripturaz et assertione fidei vir extitit.
hilarius enī hoc in libris suis posuit: hoꝝ verborū scz patris
ymaginis. et muneris. eternitatis speciei et vſus. abditā scruta
tū intelligentiā qđtum valeo: non enī secutū arbitror i eternita
tis vocabulo. nisi qđ p̄t nō bz p̄tē de quo sit. filius autē de p̄tē
ē vt sit. atqz vt illi coetern⁹ sit. **I**mago ei si p̄fecte iplet illud
cui⁹ ymago ē: ipsa coequat ei. et nō illud ymagini sue. In qua
ymagine specie noīauit. credo ppter pulchritudinē. vbi ē tan
ta cōgruentia et p̄ia equalitas. et prima similitudo nulla i re
dissidens et nullomō inequalis. et nulla ex pte dissimilis: s̄z ad
ydeūptidem r̄ndens ei cui⁹ ymago ē. **V**bi ē prima et summa vita
cui nō ē aliud viuere et aliud eē: sed idem. Ac prim⁹ et summ⁹
i. tellid⁹. cui nō est aliud viuere et aliud intelligere: sed idem.
Doc est vnū tanqꝫ verbū p̄fectū. cui non d̄est aliquid. et ars
quedā oipotentis et sapientis dei plena oīm rationū viuentū

et incomutabilium. et omnes unum in ea sunt. ipsa unum de uno cum quo unum. ibi nouit omnia deus que fecit per ipsam. Est preterea ineffabilis quidam complexus patris et ymagnis qui non est sine perfruptione. sine caritate. sine gaudio. Illa ergo dilectio. delectatio felicitatis. vel similitudo. si qua tamen aliqua humana voce digne dicitur. usus ab illo breuiter appellat. Et est in trinitate spissans non genit. sed genitoris genitius suauitas ingenti largitate atque vertate profundens oes creaturas pro captu eaz. Itaque illa tria et a se in uicem determinari videntur: et in se infinita sunt. Qui videt hoc vel ex pte vel per speculum in enigmate: gaudeat cognoscens. deu et gras agat. Qui vero non videt tendat per pietatem ad videndum: non per cecitatem ad calumpnian. quoniam unus est deus: sed trinitas tamen. hec aug. Ecce iam habemus qualiter verba bilarij premissa accipienda sunt: licet tante sint profunditatis. ut etiam adhibita expositione vix ea intelligere valeat humanus sensus: cum et ipsa eoz explanatio quam hic augustinus edidit plurimum in se habeat difficultatis atque ambiguitatis.

Cur deus homo. et de conuenientia incarnationis diuine. Tractatus sextus.

.BELL JAU.

q Non iam iuxta protestationem tuam rationes supradictas non tamquam demonstrativas. sed ut probabiles inducis: non eis obicio neque repugno. immo fidem tuam ornare plurimum ac persuadere videntur. Idecirco ad perscrutandus an cristus sit verus deus. et cur deus homo factus est. et de conuenientia huiusmodi incarnationis: si placet conuertamur. ASSISTAMI. Ea que fidei sunt rationem transcedunt. naturaliisque ratione demonstrari non possunt: sed per supernatura argumenta. presertim per diuina et soli deo

possibilia probant miracula. ex supra etiatis reuelatione inno
tuerunt. Quod autem cristus sit deus et homo. predixerunt pro
phetate. predicauerunt apostoli. et ipsemet cristus proprio ore tes
tatus est. Cui pro sua dignitate excellentissima. pfectissimaqz
sanctitate prestanda est in omnibus fides. HELJAL. Possibi
litate conuenientia presupponit. Impossibile est deitatem cum huma
nitate vñiri. ergo et inconveniens. Mediam ppositione tribu
bis medijs validissimis pbo. Primo sic. Omne vnitile alteri
possibile est ad vniōne. Omne possibile ad aliquid est imperfectum
quia est in potentia respectu illius. et indiget altero ipsum edu
cente de potentia ad actum. Deo autem per omnia pfectus et pu
rus actus est nichil habens de potentia susceptiva. Ergo non est
alteri vñibilis. APJMA. Vnibile cum sit relatiūdupliciter
accipitur. Vel ex dependentia sui ad alterum: sic natura humana
fuit vñibilis. Vel alterius ad ipsum: sic diuina. Quod primom
vnibile est habet in se possibilite: quod secundo modo non. quia
tale vñibile dicitur a possibilitate aliena. non sua. Velsic et bre
uius. Vnibile dupliciter accipitur. vel ab vnitate adiuua: sic
non importat possibilitatem. vel a passiva: sic importat. HE
LJAL. Secundo. Maior est distantia dei et creature quam duo
rum contrariorum. cum illa communicent in eodem genere.
Sed duo contraria non possunt vñiri. Igitur nec deus et cre
atura. APJMA. Sola distantia non est causa impossibilis
vniōnis contrariorum: sed repugnantia. quia magis distant
substantia et accidentes: et materia a forma. quam contraria. Cre
atura vero ad deum distantiam habet: sed non repugnantiam.
HELJAL. Tercio. Finiti ad infinitum nulla est proportio. ut
supra allegavi. Ergo nec vlla vnio. APJMA. Supra etiam
huic tuo argumento respondens finiti ad finitum nullam esse
proportionem secundum substantiam dixi: sed bene secundum habi
tudinem. ut ait crisostomus. Velsic iuxta petrum de tarentasia

in primo sententiay. Finiti ad infinitum nulla est proportio:
ergo nec vlla vnio. Hoc locum habet in vnione naturali. non
in supernaturali et voluntaria. Vel sic et clarus scdm eundem
Proportio dupliciter accipitur. proprie scdm conuenientiam
quantitatis ut equalium et inequalium vel large scdm conuenientiam
ordinis seu habitudinis quorūcumqz agentium et patientium.
mouentium et motorū. Prima non est inter deum et creaturas:
secunda sic. Sicut inter celū et terram non est proportio scdm
conuenientiam quantitatis. quia se habet sicut punctus ad ipm
sed scdm conuenientiam ordinis agentis ad patiens. hoc autē
sufficit ad vniōem. ut patet in vniōe forme et materie. seu
corporis et anime. HELJAL. Si cristus est homo: habet esse
creatum. ymmo si est particularis homo seu indiuiduum speciei
humane: habet esse suppositale seu personale. cum esse sit suppo
sitorū. Si vero est deus: habet esse personale increatum. Ergo
in cristo sunt duo ypostatica seu personalia esse. ergo non est
quid vnum simpliciter. nec vna persona: sed due. U23M2.
In cristo natura humana assumpta est ad esse ypostaticum in
creatum verbi eterni seu vngeniti filij dei. Idecirco non est in
eo nisi vnum esse personale et vna persona. HELJAL. Ex im
mediata coniunctione anime rationalis et corporis constituit
moꝝ persona humana. Si ergo in cristo coniuncta fuerint sibi
inuicem imediate atqz formaliter corpus et anima: sequitur
qz sit persona humana inesse suppositali humano et creato sub
sistens. U23M2. Deꝝ est qz ex coniunctione imediata intrī
seca anime et corporis resultat persona humana. dum corpus
et anima sibiipsis seu nature sue et ordini relinquuntur. et qd
suum est agere pmittant. nec moꝝ ad aliquid altius assumant.
Porro in cristo eodem momento quo anima eius fuit creata
suoꝝ corpori vnta: vtrumqz simul assumptum fuit a verbo
eterno. et suppositatum in esse verbi ypostatico increato. nec

vnq̄ habuit proprie speciei personalitatem. ¶ EL JAL. Quid ergo cōstitutum est ex cōiunctione anime et corporis in cristo AN MR. Vera et perfecta humanitas seu natura humana. Magisq; proprie dicitur deus assumisse naturam humanā seu humanitatem q̄ hominem. Homo enim dicitur res seu psona habens humanitatem. deus autem non assumpsit rem aut personam habentem humanitatem: sed ipsam humanitatem. HE L JAL. Quare ergo cristus vocatur homo: Dici namq; potius deberet deus et humanitas: nō deus et homo. AN MR. Dicit homo ab humanitate assumpta ad esse verbi psonale eterni. si cut et quilibet homo dicitur homo a sua humanitate in ppro et creato esse personali suppositata. ¶ EL JAL. Igere presupponit. esse existentie sive psonali quia agere et pati proprie sunt suppositoz scđm phm. Si ergo cristus habet actiones naturales nature humane: necesse est eum habere esse actualis existentie humane nature. Tale autē esse est esse personale humanū creatum ergo habet huiusmodi esse. AN MR. Factoz q̄ agere et pati sunt suppositoz loquendo naturaliter. Supernaturaliter tamen per omnipotentiam dei fieri potest. atq; i cristo est factū q̄ operari non p̄supponit esse personale ordinis ac speciei sue. sed sufficit esse altioris nature et subsistentia increata. HE L JAL. Mira sunt ista iudeis et sarracenis. difficultaq; ad credendum et quasi impossibilia ad intelligend. Et nonne iquit cristus vere natus est ex femina matre. AN MR. Immo plane ex maria mundissima ac sapientissima virgine. sicut in alchorano sarraceni legunt. Que vt ait bernardus et ardorem vertite concupiscentie virtute castitatis in sua virginea carne eatenus extinxit vt is in cuius conspectu nec astra munda sunt. tante mūdicie carnem suam iudicauerit: vt etiam sue diuine puritati eam assotiare non despicerit. Que virgo tametsi munda proorsus immaculataq; fuerit: humillima etiam fuit. Nunq;

enī supra omnes angelos glorificata ascendisset: nisi p̄d infra
homines humiliata descendisset. hec bernardus. **BELIAL.** Ge-
nitum a generante suscipit esse substantiale. Generatio enim ē
producio rei in esse substantiali et existentia actuali. quemad-
modū alteratio est acquisitio alicuius esse accidentalis. **C**ristus
ergo ex substantia matris natus: ex matre personale humanū
habet eē. **ANIMA.** Pater aut m̄ ille vel illa dicit q̄ vel qua
de sua substantia producit simile sibi non in genere tantum:
sed in specie. **A**d rationem ergo generationis filiationisq; suf-
ficit q̄ genitum a generante naturam generantis accipiat. **S**ic
itaq; cr̄stus ex substantia matris temporaliter natus: humanā
ab ea speciem et carnē sortitus est. **BELIAL.** Si cr̄stus verū
existens d̄ ex virgine natus est: deus ex virgine esse sumpsit.
et esse incepit. ergo mutationem īcurrit. **ANIMA.** Jam dixi
q̄ ad rationem generationis sufficit naturā specificam ex gene-
rante accipere. **C**um itaq; verbum eternū humanam ex illibata
virgine carnem assumpserit: vere ex ea genitum perhibetur.
Nec ideo tamen in aliquo mutatum. Quia sicut ab eterno de-
creuit: in tempore naturam humanam assumpsit. et eam suo p̄
sonali increato esse vñuit. nulla mutatione facta ī deitate: s̄z
in assumpta humanitate. Non enim verbum eternum vñitum
est humanitati vt pars. aut quid cōmixtum inclusum ve aut
circumscriptū in ea: sed assumpsit eam ad se. suumq; esse ypos-
taticum incomutabile manēs cōmunicauit eidem. suppositando
ipsam in illo. **BELIAL.** Ex duobus existentib; in actu nunq̄
fit simpliciter vnum. **ANIMA.** Ex duob; existentib; in actu
personalis actualisq; existē nunq̄ it per generationem una
persona. **H**umanitas autem cr̄sti nunq̄ fuit existens in esse p̄
prie personalitatis vt supra demonstratum est. **BELIAL.** Af-
fertio autem ista non p̄ derogat excellentie veri ac īpermu-
tabilis dei. puta q̄ sit natus ex muliere. infansq; effec̄. passus

ac mortuus. ¶ MUNICAL. Assertio fidei huius maxime cōgruit
īfinite bonitati pietati liberalitatiqz dei. ymmo et ardentissimo
eius amoris ad genus humanum. Quia vt patuit supra. tōnum
cōmunicatiūm est sui. In hoc igitē potissime cōmendatur atqz
ostenditur infinita verbi eterni bonitas: q̄ suum esse diuinū
ypostaticum tam plene tanqz īmediate cōmunicauit nature hu
mane. In hoc quoqz preclarissime īnotescit infinita dei pietas
q̄ pdito generi humano tam gratioſissime dignatus est subue
nire. et ipsum personaliter visitare eiusqz infirmitates et inde
trahibiles defectus subire assumere tolerare pro curatione et
saluatiōe illius. Deniqz cū caritas sit vis vniuersitatis: nōquid ī hoc
evidentissime declaratur ineffabilis caritas ad humanum gen^o.
q̄ naturam humanā sue deitati ypostatica vniōne qua maior
aut vicinior esse nequivit: cōiunxit. Verum si diceremus passi
onem. mutationem. infirmitates humanas. et mortem cecidisse
in ipsam deitatem: rede affereres nos diuine maiestatis derogare
honorū. Sed cum fateamur in cristo sibi inuicem sic esse vnitas
deitatem et humanitatem: vt fiat ī cristo cōmunicatio ydioma
tum. hoc est q̄ diuina ascribuntur hoī. et humana deo: vtraqz
natura in sua integritate ac pprietate incōfusa iuolataqz per
manente: nullatenus diuine videmur excellentie derogare. BE
ELJAL. Non decuit maiestatem veri ac omnipotētis dei taliter
fragili humanitati copulari. tamqz extreme ymmo infinite dis
tantia in vnam conuenire naturam. ¶ MUNICAL. O si scires atqz
ppenderes qualis fuit humanitas quā assumpsit vñigenit^o dei
filii dū eā assumpsit. ELJAL. Nōne similis vñē humātitati
in specie specialissima? ¶ MUNICAL. Similis vtqz ī eēntialib^o: ī
accēntalib^o vero ineffabiliter pulchrior ac dignior. Otpote oī
plenitudine. ḡre ac virtutū ornata. oī sapia scia atqz prudentia
decorata. cūctis beatitudinib^o donis ac fructib^o adiōleta. ymmo
et beatifica deitatis vñige ac fruitione p̄clarissime sublimata:

Eodem quippe momento quo creata est anima christi suorum corpori infusa: repleta est tota capacitas eius gratia gratum faciente. et donis gratie gratis date. omni virtute infusa perfectioni anime eius non derogante. omni sapientia atque scientia. omni dono spiritus sancti. fructibusque spiritus ac beatitudinibus. immo tam clare ac profundissime cepit deitatem per speciem contemplari: ut nunc contemplatur eandem. cum tanta iocunditate atque excellentia sicut a mente creata conspicere potest. Sicque humanitas illa fuit estimabiliter pulchrior dignior excellentior atque diuinior omni angelico spiritu. omni cherubin et seraphin.

VEL JAL. Namis vehementer extollis christum. VM M A. Non plus quam sacra docet scriptura. et innumerabilia attestantur miracula: revelationesque desuper facte. VEL JAL. Sed quid necesse fuit deum sic exinaniri: atque hominem fieri? VM M A. Nulla ad hoc faciendum necessitas copulit deum. Nec fuit necessarium necessitate absoluta: sed condicionata. fuitque ita fieri congruentissimum pro redemptione generis humani. VEL JAL. Unde cur. et quomodo salutatum est genus humanum per christum?

VM M A. Sacra nos scriptura docet. quod et partim in alchymo habet. quemadmodum prothoplausti in paradyso existentes dei preceptum sunt transgressi. indeque propterea ejecti. et cum domini sua posteritate priuati gratia. felicitate. et gloria ad quas conditi erant. VEL JAL. Quibus? VM M A. Conditi nempe erant in originali iusticia ad obtinendum in celo felicitatem eternam cum angelis sanctis. id est claram et imediatam ac fruitu visionem diuine essentie in seipsa per speciem. VEL JAL / S; esto: quomodo autem per transgressionem primorum parentum tota eorum posteritas priuata est tanto bono? Nunquid transgressio illorum iuste imputatur his qui tunc non erant. nec eam poterant deuitare? Aut qua dei equitate pena eis infligitur qui transgressioni illi nunquam consenserunt occasioneve prebuerunt

Nonne peccatum adeo est voluntarium: quod peccatum non est nisi sit voluntarium: AII 23 M21. Si rex aliquis aut princeps suo conferret militi bonum feudale castrum seu oppidum ea conditione quod si miles ipse suo fidelis domino gratus atque obediens esset: tale feudum sibi et suis posteris remaneret. **P**riero inobediens fieret et hostibus domini sui consentiens: hoc dono sibi gratis collato tam ipso quod eius posteritas priuaret. Itaque si miles ipse fieret suo domino infidelis rebellis ingratus: Nonne tam ipse quod sua posteritas iuste priuaret huiuscmodi feudo: BEL 24 L. Potius eo persertum quod hoc fuit ei gratis datum: nec aliunde ex debito iusticie debebat posteris eius. AII 23 M21. Sic dico et ego quod originalis iusticia gratia gratificans et beatitudo eterna erant et sunt supernaturalia dona primis parentibus gratis data aut permissa: nec aliunde ex debito iusticie ipsis aut sue posteritati debebantur. **J**usto igitur dei iudicio primi parentes ob suam transgressionem priuati erant cum tota sobole et posteritate sua donis praetulsi. atque dampnationi id est parentie beatifice visionis addicti: nisi diuina eis pietas subuenisset. **S**ed quero an ne putas filios iuste priuari posse etiam hereditariis bonis que sibi iure debent: per suorum iniuriantem parentum: BEL 24 L. Apud diuersos diuersa sunt iura positiva. et per crimine lese maiestatis tale quid iuste agitur apud homines. **P**reterea dato quod originalis illa transgressio sic imputetur et puniatur in posteris. cur ea de causa seu decuit seu oportuit deum incarnari ut tangere incepisti: AII 23 M21. Quemadmodum sua transgressione damnatus fuit adam cum posteris et toto humano genere: sic totum genus humanum idigit saluatorem. cuius virtute ac meritis ad pristinam sui creatoris gratiam reducetur. et ad originalis iusticie conformitatem. amissam quoque recuperet felicitatem. BEL 24 L. Non potuerunt primi parentes seipso ac posteros suos deo reconciliare penitendo: sicut se et suos perdiderant transgrediendo: AII 23 M21. Requaquam,

Fuit enī i prothoplaustis ante eoz lapsū originalis iusticiā
vt modo dixi. non solum vt in determinatis personis: sed etiā
vt in primis principijs totius humāne p̄paganis. fuitq; in eis
nature integritas. et erant creatori suo multum accepti. sicq;
habere poterant adionem transeuntem i omnem eoz posterita-
tem. P̄iuati vero excellentijs tantis et corrupti. deoq; abho-
minabiles facti: nec sibi nec sue posteritati valebant recuperare
quod amiserant. ymmo certe magna fuit ac ineffabilis miseri-
cordia creatoris q; eos nō condempnauit totaliter nec occidit
mox vt transgressi fuerunt. Necessarius ergo fuit humāno ge-
neri cōmuni saluator ad totius nature reparationem p̄doneā
cuius actio virtus et meritum transirent ac diffunderentur in
totum genus humānum. HELIU. Esto vero. Sed cur opos-
tuit talis saluator vt deus existeret? Nonne hō aliquis sanctus
et innocens. aut angelus gloriōsus satis huic peragendo mys-
terio extitit p̄doneus? AUIMU. Si ad porcinam illam et car-
neam felicitatem que in alchorano promittitur creatum esset
genus humānum: per aliquam puram creaturā redimi forsitan
et saluari potuisset. sed quia ad supernaturalem celestēq; et an-
gelicam beatitudinem conditum fuit. que beatitudo est bonum
quodammodo infinitum. eo q; est īmediata et clara infiniti boni
fruitio: non erat pura aliqua creatura p̄donea tantam prome-
reri ac recuperare toti humāno generi felicitatem. Natura de-
niq; vt aiunt philosophi in infinitum quodammodo est cōmu-
nicabiliſ. ideo ipsam naturam humānam et omnē sobolem p̄so-
namq; ei⁹ creatori reconciliare excessit pure creature facultatē
virtutē et gradum. peccatum q; cum sit offendit dei maiestatis
īmense: est enormitatis quodammodo infinite. totius igitur hu-
mani generis crimina tollere pure non congruit creature. Ob-
has itaq; et alias perplurimas rationes latus a nostris docto-
ribus alignatas: deus fact⁹ est homo. dei videlicet atq; hoīm

mediator. Qui scdm q̄ homo potuit satisfacere ac mereri ex
vnita namq̄ deitate efficaciam habuit et dignitatem prome-
rendi ac satisfaciendi immensam. Porro vt pulchre ait ancil-
mus. Angelus mitti p̄ homine non debuit. quia nichil homo
ad angelicam naturam pertinuit. homo vero mitti etiam non de-
buit. quia omnis peccator homo: et peccator peccatorem non
redimeret. Illum ergo mitti decuit. qui solus sine peccato deo
hominem reconsiliare potuit. Tantam preterea facere redemp-
tionē homo non potuit. deus non debuit: decebat igitur vt deus
pariter et homo esset qui hoc ficeret. ~~VEL~~ ~~JUL~~. Si totum ge-
nus humanum cr̄stus redemit vt tu predicas: cur igitur non
omnes saluantur. ~~APR~~ ~~MAR~~. Meritum cr̄sti est generalis me-
dicina curativa et salutaria generis humani: talem vero medi-
cinam necesse est applicari his qui curari et saluari debent per
eā. ~~VEL~~ ~~JUL~~. Qualiter et per que fit applicatio illa. ~~APR~~ ~~MAR~~. Per fidem catholicā et sacramēta ecclesie. maxime vero
p̄ caritatem qua homines cr̄sto p̄prie incorporant̄. et tanquā
mēbra suo capiti salubriter cōvertunt̄. ~~VEL~~ ~~JUL~~. Nemo ergo
saluari potest nisi per euangelicam legem fidemq̄ tuam cr̄sti
anam. ~~APR~~ ~~MAR~~. Verissime conclusisti. presertim pro tempore
euangelij propalati. Pmmo et ab ipso mundi exordio salutem
obtinere potuit. nullus nisi per fidem cr̄sti explicitam aut sal-
tem implicitā. ~~VEL~~ ~~JUL~~. Nam artas viam salutis: nimis q̄
legē tuā extollis. ~~APR~~ ~~MAR~~. Non plus certe q̄ vtriusq; testa-
menti docent scripture. ~~VEL~~ ~~JUL~~. Quo merito cr̄sti: et qua-
liter merito illo redemptum est genus humanum: ~~APR~~ ~~MAR~~.
Tota cōuersatio cr̄sti in hoc secula fuit meritoria nobis: po-
tissime tñ merito sue passionis et mortis quam pro nobis susci-
nuit: nos redemit. ~~VEL~~ ~~JUL~~. Occisio cr̄sti fuit potius offen-
sua dei q̄ placatiua velut si quis interficiat filium regis: rex
grauius quā ante erit indignatus. ~~APR~~ ~~MAR~~. Occisio cr̄sti

ex parte occidentium fuit grauissimum scelus . pro quo iudei
infelices usq; in presens pro maxima parte deleti sunt ac de-
lidi . **V**ix ex parte patientis inquantu; videlicet cristus divini
genit? ex ardentissima caritate . summa obedientia . incopabili
pacientia . et perfectissimo iusticie zelo : amarissimam et ignomi-
niosissimam mortem pro nostra salute sustinuit . eamq; ad nostram
reconciliationem satisfactionem et beatitudinem ordinauit . **S**ic
passio mors et occidio christi passiva fuit et est virtuosissima .
humanocq; generi redemptio salus et vita . **A**ctiua vero fuit
econtra ut iam dixi sceleratissima . **N**empe ut ait guillermus
parisiensis in libro de seculis et legibus . Non solum occidio christi
scelerus omnium maximum fuit : quin et ipsa sacrilega violentiaq;
manuum iniectione de qua mathei . xxvi . manus iniecerunt in ihm
tam atrox fuit et tam execrabilis scelus . qd sclera que ab exordio
mundi commissa queq; usq; in finem eius committenda sunt omnia
simul collecta non tam atrocia profecto nec tam enormia cen-
senda sunt : quantum fuit illud unicum nefandissimum scelus
iniectionis manuum in personam diuinam . **H**E^L **Z**U^L . **O**nde ergo
seu a qua re cristus humanum genus sua morte redemit . **A**P^L
MAI . **A**i iugo certe et potestate tua o belial . a reatu originalis
peccati . a damnatione inferni a seruitute iniquitatis et cor-
ruptionis . **H**E^L **Z**U^L . **N**on mix si fatigeris in respondendo : cu
et ego iam fatigatus sum inquirendo . Ideoq; si placet paululum
respiremus . quatinus interim confortatus conferam tecum de
sacrificio vestre legis . hoc est de sacramento eucaristie quod
adoratis . qua in re tot? pene mundus vos deridet cristianos .
maximeq; delitare existimat insensatos .

De prestantissimo eucaristie sacramento eiusq; institutionis
efficiente causa et finali. Tractatus septimus.

HE^LI^AL.

Grandiloqua hacten⁹ fuisti o aia. et de arduis ac
summis rebus acute multū ac splendide nō secus
ac alter appollo intonuisti. Sed plura tñ adhuc
querenda restant in hoc defensorio q̄ que adhuc
interrogata fuerūt. **A**SS^IM^A. In tā arduo atq; alto negocio
baud dubiū quin plura quesita erūt q̄ inuenta. vt ait aug⁹.
HE^LI^AL. Si tu scires o aia quāta illa sunt et q̄ multa que
aduersum cristianos hebrei. turchi. arabes. et reliqui sarraceni
obiciunt. **A**SS^IM^A. Nō quāta modo aut q̄ multa. sed que et
q̄lia sūt: libere pfecto o belial. **H**E^LI^AL. Te prouocare nolo
iibi parūper idulgeo: neq; tuo tā acriē vt putas capiti iſidior⁹
ASS^IM^A. O vulpinā facundiā domesticis capiundis auib⁹
fila parantē. O caninā o lupinā nulla re contentā nigliuuiem.
Tria sūt iſatiabilia vt ait salomō prouer. xxx. tu belial. rogus.
atq; arida. Sed age: dicāt hebrei. dicant turchi. dicāt arabes
dicātq; et q̄ beretici qđ maluerit: oblatrēt. subsānent. irrideāt
Ut vnicuicq; manus: sic et lingua libera est. Sed nullū sane tā
fucatū ipsi coloratum ve de nostra fide mendaciū dixerint: qui
euestigio catholica atq; euāgelica veritate refellat. **H**E^LI^AL
Blasphemīā iudei: arabes insanīā esse dicūt. credere cōversionē
panis in corpus cristi. et vini in sanguinē et post deuorare sa
cramēta. **A**SS^IM^A. Rē nō nouā neq; inauditā pfecto o belial
Vetus quidem ē infideliū hic dicendi modus. Audi paulū vas
a deo electū. Ihesum inquit crucifixū predicam⁹: iudeis quidē
scandalū gentib⁹ aut stulticiā. i. co. i. Rem inq̄ nō nouā neq;
iauditā loqr̄is. Et ego tibi multisq; noua forsan et iaudita: p
pulchra tñ atq; verissima dicā. **H**oc supexcellētissimū euca
ristie sacramentū de q̄ irreuerēter nimis ac nimis ipudēt tuo

tuorum infidelium more locutus es: non aliud prefigurat quod nos
ex gratia in cristo ihesu assueturos refectionem vite eterne:
sicut in hoc mundo pane et vino reficimur. Quando igitur cre-
dimus christum cibum mentis: tunc ipsum sumimus sub specie
bus corpus cibantibus. Et cum oporteat nos in fide hoc con-
cedere quod cibationem vite spiritus asse quemur in cristo cur non
ostendemus hoc credere in eucaristie sacramento. Sperandum
est omnes sapientes omnino velle degustare cibum illum per
fidem in hoc mundo: qui erat in veritate cibus vite eterne in
alio. **VEL** **I****A****L**. Quomodo persuadetur omnibus genibus sub-
stantiam panis in corpus christi conuerti in hoc eucaristie sa-
cramento. **A****M****M****A**. Qui fidelis est scit quod verbum dei in cristo
ihesu nos de miseria huius mundi transfert usque ad filiationem
dei. et possessionem vite eterne. quia deo nichil est impossibile.
Si igitur hoc credimus et speramus: tunc verbum dei secundum or-
dinationem christi non hesitamus posse panem in carnem mu-
tare. Si natura hoc facit in animalibus: quomodo verbum hoc
non faceret. per quod deus fecit et seculas. Exigit ergo fidei neces-
itas hoc credere. Nam si hoc est possibile quod nos filii ade qui
de terra sumus transformemur in cristo ihesu verbo dei in filios
dei immortalis. heredes quidem suos coheredes autem christi: et
hoc credimus et futurum speramus: credere nos similiter oportet
transmutationem panis in carnem. et vini in sanguinem. per idem
verbū per quod panis panis est. et vinum vinum. et caro caro
et sanguis sanguis. et per quod natura cibum conuertit in ci-
batum. **VEL** **I****A****L**. Hec conuersio substantie panis difficulter
attingitur. **A****M****M****A**. Fide facillime. Nam sola mente hoc est
attingibile. que solam intuetur substantiam non quia est: sed
quid est. Substantia enim antecedit omne accidens. Et ideo
cum substantia absolute considerata nec sit qualis nec quanta:
et ipsa sola in hoc sacramento conuertit. ut non sit amplius

substantia panis. sed substantia carnis: non est nisi spiritualis
ista conuersio. quia remotissima ab omni eo qđ est sensu attin-
gibile. Non igitur augetur cōptitas carnis ex hac conuersione
neqz multiplicatur numero. Ob hoc non ē nisi vna substantia
carnis in qua substantia panis est conuersa. licet panis sit in
diuersis locis oblatus. et plures sint panes qui in sacrificio po-
nuntur. Sed mirabilis est in sarracenoꝝ iudeorūqz et aliorum
infidelium oculis. ac prorsus incredibilis miraculosa hec rerum
transmutatio: sed longe mirabilior esse debet ab humano etiā
captu remotior totius vniuersi de nichilo miraculosa creatio
Q cecitas. o dementia. o supina et crassa ignorantia. concedere
mirabilis. credere difficultis. et que faciliora sunt. et magis cre-
dibilia. in fauorem qđ humane consolationis introducta corde
obstinato rēnuere. Ad magnā quippe dei misericordiā p̄tinuit
qđ verbū caro p nostra salute fieret: s̄z nō minoris misericordie
fuit qđ sue cristus ecclesie vslqz i finē seculi sub hoc sacramēto
presens personaliter adesse voluit. Dic̄i equidem non potest qđ
misericorditer christiano deus populo quo nichil autore ihero-
nimo felici. de hoc sacramento prouidit. qui merito de corpali
christi absentia sine fine voleret: nisi per hoc sacramentū eius
presentie solatiū spirituale reciperet. Vinc pia mater ecclesia
annalem corporis christi festiuitatem recolens sacramentū ipm̄
de christi absentia singulare fidelibꝫ suis solamē esse cōmemorat
Vinc etiam non absurde verbum illud euāgelicū a quibusdam
exponitur. Ego vobiscū sum omnibus diebus vslqz ad consum-
mationē seculi. math. xxvij. Subaudiendū est sacramētaliter
Facta namqz seculi cōsummatione cum iustis vtiqz erit. sed nō
sacramentaliter et sub aliena specie: ymmo visibiliter et reue-
lata facie. Verūtamen hec visio sacramentalis christi in via pre-
figuratio quedam est et quedā pregustatio eiusdem christi bene-
dicte visiois. sueqz diuinittatis fruitionis beatifice in patria.

In hoc enim sacro viatico quem admodum preterita Christi passio
recolit: sic futura beata fructus prefiguratur. Canente eadem mīre
ecclesia. Fac nos inquit domine diuinitatis tue perpetua fructione
repleri quam preciosi corporis et sanguinis tui corporalis pceptio
prefigurat. Sunt igit̄ in hoc excellentissimo sacramento repn
tationes due spiritualem delectationem p̄ maximā cum interna
suavitate et admiratione gaudiosissima cōtinentes. Et quia
repnata h̄mōi suapte naturam maxime constat esse dulcediuīs. nā
in primo repnatur mō memoratio summū totius humani ge
neris meritum Christi videlicet passio dolorosa. in secundo quoqz
modo prefiguratio summū generis eiusdem premiū qđ est ipsa
eterna fructus gloria: cōsequens est hoc sacratissimū dei op̄
et dei donū. nedū ex parte sui qđ nō solū diuina eloquia enūci
ata ab homine. sed et ipsum verbum dei incarnatū realiter con
tinet: quinymmo etiā ex pte repnator̄ maxime delectationis
ēē atqz dulcedinis. Est igit̄ hoc sacramentū veritas: est etiam
et figura. sed aliter atqz aliter. Preteritor̄ quidem atqz p̄ntiū
veritas: futuroꝝ vero prefiguratio. Cuius institutionē non ab
hoīe puro. non a papa. non ab ecclesia. sed ab ipso primo sum
mocqz sacerdote et pontifice maximo accepimus deo et domino
nostro ihesu Christo. eiusqz sacrosancto euāgelio. In quo quicqd
cōtinetur est veritas. quicquid precipit bonitas. quicquid pro
mittit felicitas. Ipse vero mediator dei et hoīm Christus ihesus
veritas est sine fallacia. bonitas sine malitia. felicitas sine mi
seria. Cui semper et in omnibꝫ p̄ sue sanctitatis ac vite excellētia
mirabilium qz opeꝝ efficacia credere atqz obedire sub mortis
eterne piculo necesse ē. Licet maiora his difficilioraqz. a sensibꝫ
quoqz et humano captu remotiora nobis credenda reliquisset:
licet etiam. qđ facere sed non tā congrue poterat. hoc sacramē
tum omniū sacramētor̄ dignissimū ex qua cuqz alia simplici aut
cōposita materia. et sub quavis aliayverbōꝫ forma fieri p̄cepissz

HE^L J^AL. Capio doctrinā tuam satis pulchram et satis ratio
nabilem. tuisq; fidelib; merito gratissimā futuram. Quomodo
sacramentum illud est figuratiū cibationis vite eterne. per
quam cibationē tui fideles assequuntur hereditatē filior; dei in
cristo ihesu filio dei. Et quō est similitudo cibationis illius in
hoc sacramento. atq; q; mente sola attingitur. fideq; degustat̄
et capit. Sed quid si archana hec a rudib; non capiuntur.
forte enim nō solum id credere: magis autem sumere tanta sa
cramēta abhorrebunt. Nempe si cognat̄ cristi suusq; baptista
iōhānes tam sacros contingere artus erubuit: tu cristiane qua
liter audebis manducare? **A**U^N D^I M^A L. Hoc vix si i propria spe
cie. sicq; vt cetera manducabilia sumeretur. Porro hoc sacramē
tum p̄t est in sensibilib; signis. habita fide. non est sic necessi
tatis q; sine eo sumpto non sit salus. Sufficit enim ad salutē
credere. et per fidem māducare cibum vite. teste augustinō sic
dicente. Ad quid paras dentem et ventrē: para mentem. crede
et māducasti. Quidem scđm modernos theologos est rem sa
cramenti sumere: sed non sacramentum. Judas autē cum suis
plurimis cōsortibus sacramentū: et non rem sacramēti sumpsit.
Reliqui autem perfectiores vtrūq; sumunt: omnium vero īper
fectissimi vt sarraceni et iudei: neutrum. Et ideo circa huius sa
cramenti distributionē an et quibus et quotiēs fidelibus dari
debet: non ē lex necessitatis iposita. Quare si quis fidem habēs
se indignum iudicat accedere ad mensam tāti regis: hec humi
litas laudande potius existit. Saluis tamen in omnibus alme
matris ecclesie institutis. Laudat̄ enim aqud eundem augusti
num zacheus qui dominum ihesum hospicio recipere non distu
lit. Laudatur et centurio qui tantū hospitis dignitatem ponde
rans eum sub tecta admittere sua recusavit. **H**E^L J^AL. Qui ve
ro laudabiliores existunt qui rem sacramenti tantum: vel qui
rem p̄iteret sacramentum suscipiunt. **A**U^N D^I M^A L. P̄tricq; boni:

20

sed qui vtrumq; sumunt meliores q; qui alte^r: quare et lauda
biliores. Sic est autem de fidelibus raro cōmunicantibus vt de
sternutatiōe et quibusdā apostematib⁹ dici apud medicos sol⁹
bonū signum de mala causa pueniens. agnicio videlicet pprie
indignitatis ex pruritu cōscientie descendens. VELIUL. Quā
igit̄ mercedem habituri sunt qui vtrūq; suscipiunt. AJM21
Duplicem. vnam quia cum veneratione tractant . alteram quia
dignis ad id se coaptant moribus. VELIUL. Tela fere omnia
obiecta^q mea laqueo^q et rethia iam iā euasisti o anima: sed
non habes credo quid huic tādem ultime quā statim facio ob
iectioni r̄ndeas. AJM21. Si non habeo: cristus habet mea
spes et meus amor. Ille ille est qui triplicē vna tulit hora de te
pstrato victoriā. Ille est tui regni terror. vindex. spoliator. do
mitor. Si tuas sustinere virtutias novaleo: ipotentiā ille meā
iuuare dignabit̄. hunc appello. VELIUL. Cōplures non am
bulantes in tua lege noui. qui tñ iuste virtuoseq; et iusti^r sane
q; pleriq; ex tuis viuunt. Qua fronte igit̄. qua temeritate.
quaq; dementia tam sinceros atq; pios virtutū cultores et vici
o^r osores animos eterne morti addictos vos cristiani diffinire
audetis. Erit ne igit̄ acceptor psonax deus. Erit ne virtuosus
anim⁹ viciose deterioz. Et nūquid recta dei iusticia p humana
falsa opinioe curuabit. AJM21. Si clamosam hanc verboz
rabiem. si ventosam hanc sermonis pōpam. et inflatā dicendi
copiam verbo uno quatiero: nonne silentiū tibi. michi quoq;
palma debet. VELIUL. Etiā. AJM21. Bene utiq; tales
sed non in via currunt. VELIUL. Tam breue hoc quid sibi
velit: nō satis mediussidi intelligo. AJM21. Accipe sensum
